

istro & Theologiæ Professore ac meritissimo  
Glauchensium Pastore AVGVSTO HERMANNO  
FRANKIO admonitus ac præparatus,iuentutis  
delicta serio agnouit,eorumque veniam sollici-  
te a Deo precatus est. In qua sanctissima me-  
ditatione quum versaretur, vir maxime reue-  
rendus WOLFGANG MELCHIOR STISSE, s.  
Theologiæ D.& primarius Halensium Pastor,  
etiam Salani Circuli Inspector Regius, super-  
venit, eumque confirmauit, & augustissimis  
sacris Corporis ac Sanguinis Dominici pa-  
ratiorem ad emigrandum reddidit: qua in  
Christum suum fide ac certa salutis persuaſio-  
ne persistens septimo morbi die , qui xxix  
Ianuarii erat , inter preces circumstantium  
exspirauit.

Quas reliquit in terris exuuias, hodie post  
meridiem II hora honesto ritu ac Christiano  
more ad tumulum efferentur: quas vt in illu-  
ſtrium MATRIS atque AVIAE solatium am-  
plissimi Collegæ nostri, & nobilissimus Ordo  
Academicæ iuentutis frequentes comiten-  
tur; per omnia humanitatis iura rogamus at-  
que monemus. P.P. Halæ VIII Febr.

ccccci

A